



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Quid Nominatvr Sacramentum in Ecclesia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

edicta sunt. Romanos 14. Regnum Dei non est fessa & potus, sed iustitia, pax & gaudium in Spiritu sancto. Nam qui in his seruit Christus placet Deo, & approbat est hominibus. Item Colossenses 2. Nemo nos iudicet in cibo, potu, &c.

QVID NOMINATVR SACRA-
mentum in Ecclesia?

SACRAMENTVM in novo Testamento, ut Ecclesia loquitur, est natus diuinatus institutus, additus promissioni in Euangelio traditæ, ut testimonium & pignus exhibite & applicate promissionis gratia. Ideo veritas dixit: Sacramentum est signum gratiae.

QUARE ADDITI SVNT RITVS
promulgationi promissionis?

MULTAE causæ sunt, sed maxime illustres sunt hæc duæ. Quia cum Deus colligat Ecclesiam edita promissione, & tantum illi sunt credentes vita eternæ, qui promissioni de mediatione credunt, vult etiam illustri testimonio visibili omnibus hominibus ostendere promissionem, & iux applicare qui eam fide amplectantur, id est, testimoniū quod promisit, ad ipsos pertineat. Nam promissio generalis est. Fides autem & vsus Sacramenti applicant eam ad singulos credentes. Ita primum Sacraenta sunt signa voluntatis Dei erga nos, videlicet communacientia nos de promissione, & applicantia, id est, testificantia quod promissio ad nos pertinet. A L T E R A causa est, quod cum velit Deus omnes salvandos inseri Ecclesia, & adiungi ministerio Euangelij, sicut dictum est: Quos elegit, hos & vocavit, tradidit enim manifeste discernentes Ecclesiam ab omnibus gentibus. Et ut agnosceretur Ecclesia, & ipsi ritus testimonia essent, qui ostenderent, velle Deum nos esse auditores vocis Euangelij, nec eos qui non audirent vocem Euangelij, nec sunt ciues huius coetus vocatur, esse electos. Ita vult Deus Ecclesiam conspicere oculis, & visibiliter esse, ut cogitemus, ubi sit doctrina ipsius querenda.

SUNT igitur Sacraenta signa confirmantia fidem erga Deum, quia sunt testimonia applicationis, sicut Paulus nominat Circumcisōνēm ἐπεγγέλματον, id est, sigillum iusticiæ, quia testabatur promissionem pertinere ad Abraham. Deinde sunt signa societatis Ecclesie & confessionis. C O N S I D E R A T I S autem principalibus finibus, postea allegoriae & significations aliæ addi posse. Vt, Circumcisio fuit in illa arcana parte corporis, ut esset miranda admonitio de venturo semen. Ac simul multa significabat, videlicet ex posteris Abraham venturum esse salutare semen, de quo ante dictum fuerat: Semen mulieris contererat caput serpentis. Significabat item Circumcisio, in hac generatione carnali nasci-

A 2 4 turam